

rentur vigiliæ, a barbaris<sup>4</sup>, ex oppido noctu eruptione factâ, in tabernaculo interfectus est.

## IX.

## CONON,

## HIJO DE TIMOTEO, ATENIENSE.

## CAPÍTULO I.

Conon se distingue en la guerra del Peloponeso. (Después del año 2 de la olimpiada LXXXVII, 451 antes de J. C. hasta el año 4 de la olimpiada XCIII, 403 antes de J. C.)

Conon, Atheniensis, peloponnesio bello accessit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit; nam et prætor, pedestribus exercitibus præfuit, et præfectus classis, res magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus ei honos habitus est<sup>2</sup>; namque omnibus unus insulis præfuit<sup>3</sup>. In quâ potestate<sup>4</sup>

<sup>4</sup> *A barbaris.* Habitantes de Aspenda; y así algunos juzgan que Trasíbulo no fué muerto en Cilicia, sino en Panfilia en la ciudad de Aspenda.

<sup>2</sup> *Præcipuus ei honos habitus est.* Este es al que mas llegaron á honrar los Atenieses.

<sup>3</sup> *Namque omnibus unus insulis præfuit.* Porque juntó en sí el mando de todas las islas dependientes de Atenas. Algunos tachan á Nepote de poco exacto en lo que aquí refiere. Otros le defienden, diciendo que lo que quiere dar á entender es que Conon tuvo todas las islas á su mando, cuando, como después veremos, mandó la armada del rey de Persia.

<sup>4</sup> *In quâ potestate.* Cuando él mandaba.

*Pheras*<sup>1</sup> cepit, coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo peloponnesio bello prætor, quum apud *Ægos*<sup>2</sup> flumen copię Atheniensium a Lysandro sunt devictæ. Sed tum abfuit, eoque pejùs res administrata est: nam et prudens<sup>3</sup> rei militaris, et diligens erat imperii<sup>4</sup>. Itaque nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.

## CAPÍTULO II.

Conon, en la crítica situacion en que se halla su patria, sirve á Farnabazo contra los Lacedemonios. (Año 2 de la olimpiada xcv, 599 antes de J. C.)

Rebus autem afflictis<sup>5</sup>, quum patriam obsideri audisset, non quæsivit ubi ipse tutò viveret, sed unde præsidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapem Ionię et Lydię<sup>6</sup>, eumdemque generum regis et propinquum; apud quem ut multum gratiã valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam, quum Lacedæmonii, Atheniensibus devictis, in societate non manerent<sup>7</sup> quam

<sup>1</sup> *Pheras.* Ciudad en la isla de Creta.

<sup>2</sup> *Ægos.* Véase la vida de Lisandro, cap. I, not. 8.

<sup>3</sup> *Prudens.* Inteligente.

<sup>4</sup> *Diligens imperii.* Activo para mandar.

<sup>5</sup> *Rebus autem afflictis.* Hallándose en tan mal estado las cosas.

<sup>6</sup> *Lydię.* Provincia del Asia menor.

<sup>7</sup> *In societate non manerent.* Habiendo faltado á los ciertos, á la liga.

cum Artaxerxe<sup>1</sup> fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsus a Tissapherne<sup>2</sup>, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, et cum Lacedaemoniis coierat societatem, hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator: re quidem vera exercitui praefuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit, saepeque ejus consiliis obstiti. Neque vero non fuit apertum<sup>3</sup>, si ille non adfuisset, Agesilaum Asiam, Tauro tenus<sup>4</sup>, regi fuis e erepturum. Qui posteaquam domum a suis ciribus revocatus est, quod Boeotii et Athenienses Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihil secius apud praefectos regis<sup>5</sup> versabatur, hisque omnibus maximo erat usui.

## CAPÍTULO III.

Conon, queriendo promover una acusacion contra Tisafernes, lo ejecuta por medio de cartas que dirige al rey Jerjes.

Defecerat a rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi quam ceteris erat apertum: multis enim magnisque meritis apud regem, etiam quum in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum, si non facile ad credendum inducebatur, reminiscens ejus

<sup>1</sup> Artaxerxe. Hijo de Darío II, hermano de Ciro.

<sup>2</sup> Tissapherne. Privado del rey, que al cabo le hizo cortar la cabeza á instancia de la reina Parisatis en pena de su traicion.

<sup>3</sup> Neque vero non fuit apertum. Fué cosa constante.

<sup>4</sup> Tauro tenus. Hasta el monte Tauro. Está en el Asia.

<sup>5</sup> Regis. Artajerjes.

se operá Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam venit, primum, ex more Persarum, ad chiliarchum<sup>1</sup>, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithraustem accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille inquit: « Nulla mora est; sed tu delibera utrum » colloqui malis, an per litteras agere<sup>2</sup> quæ cogitas. » Necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem<sup>3</sup> (quod προσκυνεῖν<sup>4</sup> illi vocant). Hoc » si tibi grave est, per me nihil secius, editis mandatis<sup>5</sup>, conficies quod studes. » Tum Conon: « Mihi » verò, inquit, non est grave quemvis honorem habere regi; sed vereor ne civitati meæ sit opprobrium, » si, quum ex eâ sim profectus, quæ ceteris gentibus » imperare consueverit, potius barbarorum quam » illius more fungar<sup>6</sup>. » Itaque huic, quæ volebat, scripta tradidit.

<sup>1</sup> Chiliarchum. Capitan de la guardia. Voz griega que significa el que manda mil hombres. Algunos dicen que el empleo de este era cuidar de todo lo que hay que disponer en palacio, como si dijéramos, *mayordomo mayor del rey*.

<sup>2</sup> Per litteras agere. Poner por escrito.

<sup>3</sup> Venerari regem. Postrarse delante del rey.

<sup>4</sup> προσκυνεῖν, *proskynein*. Esta voz significa adorar.

<sup>5</sup> Editis mandatis. Dándome or escrito tus veces, tus poderes.

<sup>6</sup> Potius barbarorum quam illius more fungar. El observar antes el ceremonial de los extranjeros que el de Atenas.

## CAPÍTULO IV.

Los Lacedemonios son vencidos por Conon junto á Cnido. Es libertada la Grecia, y se reedifican las murallas de Atenas. (Año 5 de la olimpiada xcvi, 594 antes de J. C.)

Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaret, et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam<sup>1</sup>. Id arbitrium<sup>2</sup> Conon negavit sui esse consilii<sup>3</sup>, sed ipsius qui optimè suos nosse deberet; sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc, magnis muneribus donatus, ad mare est missus, ut Cypriis et Phœnicibus, ceterisque civitatibus maritimis<sup>4</sup> naves longas<sup>5</sup> imperaret<sup>6</sup>, classemque, quâ proximâ æstate mare lueri posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmoniis est nuntiatum, non sine curâ rem administrarunt, quòd majus bellum imminere arbitrabantur, quàm si cum barbaro<sup>7</sup> solum contenderent. Nam duces fortem et prudentem regis opibus<sup>8</sup> præfuturum, ac

<sup>1</sup> Ad dispensandam pecuniam. Para pagar la tropa.

<sup>2</sup> Arbitrium. Eleccion.

<sup>3</sup> Negavit sui esse consilii. Dijo que no era razon que en eso se siguiese su dictâmen.

<sup>4</sup> Maritimis. De la costa.

<sup>5</sup> Naves longas. Galeras ó navios de guerra.

<sup>6</sup> Imperaret. Hiciese contribuir.

<sup>7</sup> Cum barbaro. Con algun general persa.

<sup>8</sup> Regis opibus. A la armada de Artajerjes.

secum dimicaturum videbant, quem neque consilio neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem, proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon apud Cnidum<sup>1</sup> adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit<sup>2</sup>. Quâ victoriâ non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte navium<sup>3</sup> in patriam venit; muros dirutos a Lysandro, utrosque et Piræi et Athenarum, reficiendos curat, pecuniæque quinquaginta talenta, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

## CAPÍTULO V.

Conon, estando para restituir la Jonia y la Eólide á los Atenienses, es puesto en prision por Tiribazo.

Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secundâ quàm in adversâ esset fortunâ. Nam, classe Peloponnesiorum<sup>4</sup> devictâ, quum ultum se injurias patriæ putaret, plura concupivit quàm efficere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt, quòd potius patriæ opes augeri quàm regis<sup>5</sup> maluit. Nam, quum magnam auctoritatem sibi pugnâ illâ navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset,

<sup>1</sup> Cnidum. En la altura de Cnido, ciudad en el Quersoneso Dórico.

<sup>2</sup> Deprimit. Echa á fondo.

<sup>3</sup> Cum parte navium. De las que habia cogido al enemigo.

<sup>4</sup> Peloponnesiorum. De los Lacedemonios.

<sup>5</sup> Regis. Artajerjes.

non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit ut Ioniam et Æoliam restitueret Atheniensibus. Id quum minus diligenter esset celatum, Tiribazus<sup>1</sup>, qui Sardibus<sup>2</sup> præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem cum se mittere velle magnâ de re. Hujus nuntio parens quum venisset, in vincula conjectus est, in quibus aliquandiu fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum, ibique periisse, scriptum reliquerunt. Contra ea, Dinon<sup>3</sup> historicus, cui nos plurimum de persicis rebus credimus, effugisse scripsit. Illud addubitat, utrûm Tiribazo sciente an imprudente sit factum.

<sup>1</sup> *Tiribazus*. General persiano.

<sup>2</sup> *Sardibus*. Sardis, ciudad en la Lidia: es *Sardes*, *Sardium*. Los Sardos, ó naturales de Cerdeña, se llaman *Sardi*, *Sardorum*.

<sup>3</sup> *Dinon*. Escribió una historia de la Persia; fué padre del historiador Clitarco, que acompañó en sus conquistas á Alejandro el Grande, cuya historia escribió Clitarco con mucho ingenio, pero con muy mala fe.

## X.

## DION,

## HIJO DE HIPARINO, SIRACUSANO.

## CAPÍTULO I.

Dion, noble y emparentado con los dos Dionisios, vive en la intimidad de estos príncipes, de quienes merece entera confianza. (Año 4 de la olimpiada xcv, 575 antes de J. C.)

Dion, Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, utrâque implicatus<sup>4</sup> tyrannide Dionysiorum<sup>2</sup>. Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ex quâ duos filios, Hipparinum<sup>3</sup> et Nisæum, procreavit, totidemque filias, Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio, eidem cui regnum reliquit, nuptum dedit; alteram, Areten, Dioni. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generosamque majorum famam, multa alia a naturâ habuit bona: in his ingenium docile<sup>4</sup>, come, aptum ad artes optimas; magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat;

<sup>4</sup> *Implicatus*. Metido, empeñado.

<sup>2</sup> *Dionysiorum*. Padre é hijo, que reinaron tiránicamente en Zaragoza de Sicilia.

<sup>3</sup> *Hipparinum*. Uno de los sobrinos de Dion.

<sup>4</sup> *Ingenium docile*. Natural blando.